



Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM



Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

ΗΣΙΟΔΟΥ ΠΟΙΗΜΑΤΑ. HESIODI CARMINA.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΑ.	APOLLONII ARGONAUTICA.
ΜΟΥΣΑΙΟΥ ΤΑ ΚΑΘ' ΗΡΩ ΚΑΙ ΛΕΑΝΔΡΟΝ.	MUSÆI CARMEN DE HERONE ET LEANDRO.
ΚΟΛΟΥΘΟΥ ΑΡΠΑΓΗ ΕΛΕΝΗΣ.	COLUTHI RAPTUS HELENÆ.
ΚΟΙΝΤΟΥ ΤΑ ΜΕΘ' ΟΜΗΡΟΝ.	QUINTI POSTHOMERICA.
ΤΡΥΦΙΟΔΩΡΟΥ ΑΛΩΣΙΣ ΙΛΙΟΥ.	TRYPHIODORI EXCIDIIUM ILII.
ΤΖΕΤΖΟΥ ΠΡΟΟΜΗΡΙΚΑ, κ. τ. λ.	TZETZÆ ANTEHOMERICA, etc.

GRÆCE ET LATINE
CUM INDICIBUS NOMINUM ET RERUM
EDIDIT F. S. LEHRS.

ASII, PISANDRI, PANYASIDIS, CHOERILI, ANTIMACHI
FRAGMENTA CUM COMMENTARIIS ALIORUM ET SUIS ADJECIT
FRIDERICUS DÜBNER.



PARISIIS,
EDITORE AMBROSIO FIRMIN-DIDOT,
INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHO,
VIA JACOB, 56.

M DCCC LXXVIII.

881.08

L 529h

1878



PRÆFATIO.

IN hoc septem poetarum corpore Hesiodo Apollonium ac Musæum subiunximus, ne reliquorum quatuor, qui de rebus Troicis sunt omnes, interrumpatur ordo. Critica, quam vocant, adhibita arte novas horum auctorum recensiones exhibendi fortasse ne facultas quidem fuisset, consilium certe non erat. Religiosi autem editoris esse putavimus, in usum suum convertere, si quid boni atque emendati virorum doctorum sive ingenio, sive studio nuper detectum invenerit. Quæ messis poetis nostris haud paucos reddidit fructus. Quo factum est, ut omnes, nisi forte Tzetzen excipere velis, permultis locis correcti, partim novam plane induti speciem, in lucem prodeant, plurimæque dici possint, quibus multæ, quas recepimus, lectiones explicentur, nonnullæ defendantur, excusentur non paucæ. Ne tamen modum, qui præfationi constitui solet, transeamus, de singulis mutationibus in editione nostra obviis fusius disserere supersedebimus, quas ne enumerare quidem licebit, nisi ubi id aut paucis absolvendum, aut sine magno lectorum nostrorum incommodo non evitandum iudicaverimus.

Gœttingianus HESIODI textus quinquaginta emendationes in Theogonia, viginti quinque in Scuto Herculis a nobis receptas egregiæ Hermanni recensionis (in opusculis. vol. VI, pag. 142 sqq.) debet. Quum de prisca Theogoniæ forma hodiernæque origine nihil constet (1), versus longioresve locos transponere, quomodo Hermannus hic illic faciendum docet, ausi non sumus, sed satis habuimus uncis includere, quæ, quo loco hodie leguntur, carminis tenorem interrumpunt, sive dispositionis hodierna antiquioris, sive variarum recensionum, sive interpolationum vestigia sint. Quod ad

(1) Mützellius, quem his in studiis totum esse viri docti non ighorant, in recensione libelli, in quo Sætbeerus quidam sua Gruppiique somnia de primigenia Theogoniæ specie publici juris fecit (Zinmerrn. ephemm. a. 1838, num. 10 sqq.), philologiæ hodiernæ vires difficultati huius quæstionis pares esse negat.

Scutum attinet, lectores ad egregiam Hermannii disputationem de triplici huius poematis recensione remittamus oportet. Carminis enim intellectui commodoque legentium male consultum fuisset, si nulla addita adnotatione textum dispositioni a viro doctissimo propositæ adaptare voluissemus (1). De tertii, quod superest, poematis Hesiodæi natura Lehrsii frater dilectus *Quæstionum epicarum* a. 1837 editarum dissertatione tertia novam exposuit sententiam, quæ, quamvis minus probata a nonnullis, maxime tamen idoneum harum rerum iudicem nacta est defensorem (2). In nostra editione singulas facile agnosces sententias, quas Lehrsii non nisi propter verborum quorundam similitudinem interpositas cum reliquo carmine vix cohærere demonstrat. Quæ idem interpolata esse iudicat, uncis inclusimus; quæ e variis recensionebus manasse vult, indicare non licuit. Multas lectiones in recensione textus Gœttingiani ab Hermanno commendatas in nostrum Operum et Dierum textum nova hac ratione dispositum introduci non potuisse apparet. Quod Hesiodi fragmentorum collectio tam aucta tamque emendata nunc in lucem prodit, id etiam Hermanno debetur, qui, postquam in recensione illa Gœttingianam collectionem castigavit multisque locis citatis locupletavit, triginta tria fragmenta addidit nova (I. I. pag. 266—271), quæ in editione nostra litera H. notavimus. Accedunt præterea complura, quæ quamquam in Lehmanni *de Hesiodi carminibus perditis particula* priori anno 1828 Berolini edita jam leguntur, a Gœttingio omissa sunt, triaque in Crameri anecdotis primum evulgata. Numeros Gœttingianæ collectionis sine ulla litera nostris apposuvimus, numeris collectionis Lehmanni litera L., collectionis Gaisfordi vel Dindorfii litera D. adscripta est. Fragmentum CXVII Hermannus in præfatione ad Eurip. Helen. pag. XVII correxit, ejusque emendationem recepimus, quamquam Hesiodum ita cecinisse nobis persuadere vix possumus.

In APOLLONIO a Wellauri lectionibus nonnunquam recessimus. Ex iis, quas editionis Wellaurianæ criticus (ephemm. litt. r.

(1) Versum 144, qualem in una trium illarum recensioneum fuisse Hermannus vult, textui suo loco subiunximus.

(2) Hermannum, qui in Jahni annalibus philologiæ hunc librum atque illam præsertim dissertationem iudicavit. Aliud de eadem dissertatione iudicium in Zimmermanni ephemm. (a. 1836, pag. 1006 sqq.) sub calce recensioneis, quam Iulius Cæsar de illo Sætbeeri opusculo scripsit, nos legere meminimus.

Halenss. a. 1828, num. 305 seqq.) proposuit, has fere recepimus, e codicibus maximam partem haustas, paucas e conjectura: I. 61, ἀριστήων. 176, Ἰπερησίου. 372, πρῶρην. 672, ἐπιχνοάουσαι. 806, δορυκτῆταις. 812, ἀτημελέως. 881, ταί. 893, ἄν τοι. 1120, ὀκριόεντι. 1161, καμάτω. 1176, κακά. II. 87, φυσιώωντες. 375, τρηχεῖα. 427, αἰζαντες. 504, χθονίης. III. 5, τοι. 15, μὲν γάρ. 173, τε. 198, ἀνά. 286, ἐπ'. 410 et 496, φυσιώωντες. 519, ἐπιχνοάοντας, quod non recipere cautius fortasse fuisset; 1009, δέ. 1195, εὐφεγγέως. 1265, ζοφεροῖο. 1331, ὀκριόεσσα. IV. 59, δολίγισιν. 202, δ' ἐνί. 271, προχοῆσι. 323, ἔπειτ' et punctum post versum 326; 652, ἐπίουροι. 690, ἐστ'. 800, εἰσόκε. 1103, ἐπ' Ἑλλάδι. 1212, εἰσόκε. 1260, ἀκηχεμένοις. 1324, μηδ' ἔτι. 1647, τῆς. 1711, τόσρα φαίνθη. Præterea I. 523, ἀρτύνεσθαι. 533, ὑποκλάσθη. 749, ἀμυνόμενοι. II. 28, οἶον. 573, ἔκραγε. 1180, γε et ἡδέ. III. 1374, ἐπ' ἡῖον. 1384, γούων. 1396, ἀπὸ, scripsimus e coniectura Struvii, qui anno 1822 in libello scholastico præter has lectiones alias etiam emendationes Apollonii dedit, elegantes omnes, sed fortasse minus veras. Lib. IV. v. 290, τῇλ' Wellaueri coniectura est. Lib. III. 1393, Hermannī ἀρούρης recepimus, quamvis, quid poeta scripserit, haud facile divinaris, vulgata tamen sensu omnino carente. Multas mutationes leviores, ad orthographiam plerumque spectantes, enumerare super sedemus.

MUSÆUS Passowii maximam partem emendationum, quibus ornatus nunc editur, Wernickio debet, cuius coniecturas in commentario ad Tryphiodorum hic illic obvias recepimus has: v. 18 et 252, ἀμφοτέραις. v. 38, βασιλείαν. v. 58, χιονέης (e codd.) et παρειῆς. v. 210, ἐμοί τινα. v. 272, τὰδ' εἶπεν. v. 309, χειμερίαις. Eodem Wernickio suadente v. 53, ἀθανάτοισιν ἄγειν, et v. 118, θαρσαλέη, e codicibus dedimus. V. 81, ἐν Hermannī coniectura, v. 271, παρὰ κατὰ θεο eiusdem emendatio est e codicibus sumpta (vid. emendd. ad Coluth. v. 278, opuscc. vol. IV, pag. 223). V. 219 antiquam lectionem, εἰ ἐτέον δ' ἐθέλεις, restituimus (vid. Græfii *coniectanea in Musæum*, post Coluthum Schæferi, pag. 259).

COLUTHO post viri cl. Stanislai Iuliani editionem e Bekkeri recensione denuo impresso contigit ante hos undecim annos, ut Hermannus operam suam ei præstaret. Is elegantissimas huius poetæ emendationes anno 1828 edidit (repetitas in opuscc. vol. IV, pag. 205 seqq.), quarum multas in usum nostrum convertendas putavi

mus, neque tamen eas, quas sagax viri egregii ingenium excogitavit, quod antiqua lectio putida esset, nimis languida, minus elegans, etc. Alias etiam nonnullas coniecturas non recipiendas iudicavimus, ut v. 17, τοῖσι, quia ante hunc versum aliquid excidisse probabilius nobis videtur, quæ suspicio in his carminis centonibus facillime movetur. In iis, quæ Hermannus de v. 46 sqq. disputat, illud certe verum est, Lennepii εὐρέα ineptum esse, de reliquis vero, quæ addit, longe aliter sentimus. Si quid de nostro in textum introducere voluissemus, ὀξέα scripsissemus. Qui cum Hermanno in corrupta vulgata codicisque Mutinensis lectione vocem οὐδας agnoscere vult, is coniiciat poetam scripsisse οὐδας ἄχαμπτον aut ἄχαρπον. Spatiis illis, quæ inter duos versus passim vides, lacunas indicavimus in hoc poemate, verius dixeris, in his poematis fragmentis non raras.

Quinti textum plane novum lectoribus nostris tradimus. Quamquam hic poeta alterum Rhodomannum frustra adhuc expectabat, novaque editione, quam Spitznerum et Kœchlyum coniunctis viribus parare accipimus, magnopere indiget, tamen triginta duobus his annis post Tychsenii editionem magna moles emendationum Quinti hic illic dispersarum accumulata est, in quibus non pauca invenies, quæ Rhodomannus, adeo Pauwius recte viderat, Tychsenius neglexit. Ecce subsidia, quibus instructi Posthomerorum textum recensuimus. Multa egregia in Hermanni Orphicis insunt, nonnulla utilia in Wernickii commentario ad Tryphiodorum, multa bona in Spitzneri observationibus in Quintum ad calcem libri, quem *de versu Græcorum heroico* scripsit, anno 1816 editis. Eiusdem auctoris *observationum in Quinti Posthomericæ* particula prima et altera Vitebergæ a. 1815 prodierunt, tertia anno 1837 in Zimmermanni ephemeridibus (num. 143 sqq., pag. 1161 sqq.) (1), postquam Bonitii *symbolæ criticæ in Quintum Smyrnam* ibidem anno 1836 publici juris factæ sunt. Struvius in compluribus libellorum scholarum, quos inter annum 1817 et 1822 Regimontii edidit, egregias Quinti emendationes proposuit (2). Glasewaldi *coniectanea* in poe-

(1) Spitznerus omnes, quas de Quinto scripsit, observationes in uno volumine coniunctas nuperrime edidit.

(2) Quo rariora hæc Struvii opuscula sunt paratuque difficiliora, eo maiores gratias lectores nostri habebunt viro clarissimo et humanissimo *de Sinner*, qui e bibliotheca, quam habet opulentam atque exquisitam, integram illorum collectionem nobiscum communicavit.

iam nostrum anno 1817 Vitebergæ evulgata non vidimus. Quum tamen ab aliis interdum laudentur, nihil eorum, quæ bona insunt, nos fugisse putamus. Lehrsius, a quo pauci Quinti loci in *quæstionibus epicis* emendati sunt, magnum numerum emendationum per literas nobiscum communicavit, cuius benevolentiae verbis nostris lectorumque nostrorum gratias amantissimo fratri agimus. Idem nos monuit, poetæ nostri libros Eustathio auctore (ad Iliad. pag. 4) Λόγους esse inscribendos. Novissimum idque optimum subsidium ad emendandum Quintum Kœchlyus nuper suppeditavit, qui codice Monacensi denuo collato *Emendationes et adnotationes in Quintum Smyrnæum* in actorum Societatis Græcæ, quæ Lipsiæ floret, Vol. II. Fasc. I. anno præterito in lucem emisit. Nisi hic fasciculus sero ad nos pervenisset, prior Posthomericorum pars bonis nonnullis lectionibus fuisset locupletata, quas recipere non amplius licitum erat. Iam nostræ editionis lectiones a textu Tychsenii recedentes hic subiungimus, prætermissa permagna copia correctionum minoris momenti ad accentus, ad orthographiam atque interpunctionem pertinentium. Legitur enim

IN TYCHSENI EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :	IN TYCHSENI EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
L. I. v. 2. κέκυθε	κεκεύθει	v. 426. τῇ	τῆς
v. 11. ὑπαί	ὑπὸ	v. 434. ἐπ'	ὑπ'
v. 22. ἐδν	ἐδόν	v. 443. αὖ	αὖθ'
v. 32. νυ	τιν'	v. 448. κεῖναι	κεῖνη
v. 39. ὑπαί	ὑπὸ	v. 457. ἐξαρχῆς	ἐξ ἀρχῆς
v. 44. κυανῶπις	κυανῶπις	v. 468. ἐπεντύνεσθε	ἐπεντύνεσθαι
v. 58. ἐρατεινόν,	ἐρατεινόν	et ἐντοσθι	ἐντοσθε
v. 60. ὑπαχλύνη	ὑπηχλύνη	v. 490. κέδασσεν	κέκασσεν
v. 99. τοῖα	τοῖον	v. 492. κέκλιτο	κεκύλιστο
v. 136. ἐν	ἐνι	v. 504. ἀρραδίησι	ἐγγεῖρησι
v. 147. ἔθετ'	ἔλετ'	v. 505. Λαομέδοντος	λαὸν ἐλόντες
v. 159. βουπλήγῃ, τὸν	βουπλήγῃ, δν	v. 529. Δῆιχον, ἡδὲ	Δητοχον τ' ἰδ'
v. 166. ἀάσχετα	ἀάσχετον	v. 542. θορεῖ	θόρη
v. 167. τε, τὸν	θ', δν	v. 558. ἴκεσθε	ἴκεσθον
v. 168. κιοῦσα	κιοῦση	v. 563. Ἥ. μέγα τοι δ'	Ἥ μέγα· τοι δ'
v. 179. Ἥ δ' οἴη	Οἴη δ' ἡ	v. 575. ἐπέεσιν	ἐπέεσσιν
v. 190-200. θεῆσιν· Ἐκπά-	θεῆσιν Ἐκπάγλως, ἡ	v. 583. ἔτλης	ἐρῆς
γλως δ' ἡ σείο, θεοῦ	σεῖο θεουδέος ἐστὶ γενέ-	v. 596. μελέεσιν	μελέεσσιν
γένος, ἐστὶ γενέθλης·	θλης·	v. 598. δῶσαν	δῶσαν
v. 217. λαβόντες	βαλόντες	v. 613. ὑπαί	ὑπὲρ
v. 246. ἐν	ἐνι	v. 615. ἤδ'	ἡ
v. 254. Θερμώδουσαν	Θερμώδοσαν	v. 673. τετρυγμένοι, αἰψά γε	τετρυμένοι αἰψα
v. 259. ὀκρυόεντι	ὀκρίοντι (1)	v. 677. αἰκτυπέοντι	ἐπικτυπέοντι
v. 286. πολυγνάμπτησιν	πολυγνάμπτοισιν	v. 715. ἀθανάτοιο	ἀκαμάτοιο
v. 287. ἐν	ἐνι	v. 723. ἥκαχε	ἥπαφε
v. 308. κυδοιμός	Κυδοιμός	v. 724. οὔνεκα	εἵνεκα
v. 310. θανάτοιο	Θανάτοιο	v. 727. μέμβλετο	μέμβλεται
v. 326. οἱ	ὡς	v. 752. ὅπει	ἐπει
v. 341. μιν	οἱ (2)	v. 753. θέμις ἐτ' ἄτη	Θέμις ἐτ' Ἄτη
v. 370.	in uncis.	v. 759. προπάροιθεν	τοπάροιθεν

(1) Ad v. 256 Struvius: «Perpetuus, inquit, poetarum usus postulare videtur δοπ.» Quam alicuius mutatione την αὐτὴν scribendum Lehrsius vidit. Conf. IX, 259, ubi Kœchlyus vulgatam (δόρυ) defendit.

(2) Lehrsius vult μετ'. Idem ad v. 336: «βίην, fortasse λίην.»

IN TYCHSENII EDITIONE :		IN EDITIONE NOSTRA :		IN TYCHSENII EDITIONE :		IN EDITIONE NOSTRA :	
	v. 761. ἐξεφάνθη		ἐξεφάνθην		v. 440. ἐπιστάμενος		ἐπισταμένως
	v. 793. μένος μέγα		μέγα σθένος (1)		v. 443. ἐπεσσυμένως		ἐπεσσυμένῳ
L. II. v. 6.	σκοπιάσκον		σκοπιάζον		v. 452. αὐτῇ σὺν φήμῃ		αὐτῇ κεν φήμῃ
	v. 30. πω		που		εἰ μεγάθυμον		τάχα θυμόν
	v. 48. ὄρνυτ'		ὠρνυτ'		v. 457. περιώσιος		περιώσιον
	v. 55. ἢ μὲν		ἤ μὲν		v. 464. ὄφελέν με		ὄφελόν με
	v. 59. ἐνὶ		μετὰ		v. 467. ἀγανούς τε		γεραρούς τε
	v. 61. ὄφελεν, καὶ		ὄφελον καὶ		v. 469. δ' ἔθηκεν		δὲ θῆκεν
	v. 80. μαρναμένῳ		παρφαμένῳ		v. 480. πένθος		θυμόν
	v. 127. Μέμνων		Μέμνον		v. 481. λευγαλέον· τό με εἶδε		πένθος λευγαλέον· τό
	v. 163. τάχα		τοῖς		v. 502. ἀνάχηςας		ἀπάφηςας
	v. 165. ἐν		ἐνὶ		v. 526. ὁ		ὅγ'
	v. 169. ὀχέεσφι		ὀχέεσσι		v. 538. οἶον, ὅτ'		οἶόν τ'
	v. 174. κεν		καὶ		v. 614. ὄν		τόν
	v. 187. ὕστερος		ὑστατος		v. 619. ἄλλοτε		ἄλλ' ὅτε
	v. 196. ἅπαν' οἱ		πᾶν· τοῖ		v. 661. θοῇν		θεᾶν
	v. 200. ἔσαν εἰ ἀγυῖα		ἴσαν εἰ ἀγυῖα		v. 665. Ἀλλ' ὅτε		Καὶ τότε
	v. 224. θηγόμεν' εἰ πάρος		θεινόμεν' εἰ πυρὸς		v. 714. εὐ πνείοντες		εὐπνείοντες
	v. 232. βαρὺ		βαθὺ		v. 716. δ' ἐγίγνετο		δὲ γίγνετο
	v. 233. οἱ γ'		οἱ γ'		v. 783. τὰ μὲν		τά τε
	v. 289. γὰρ		δὲ		L. IV. v. 6. σχεδὸν		πέδον
	v. 300. ἔτι ἐλθέμεν		ἔτ' ἐπελθέμεν		v. 17. αὖ		αὖθ'
	v. 314. μόγου		μόθου		v. 22. ἦ		τοῦ
	v. 320. Μέμνων		Μέμνον		v. 27. ἐπέδρακεν		ἐσέδρακεν
	v. 339. τοῖ		οἱ		v. 33. αὖ		αὖτ'
	v. 361. μοῖρα		Μοῖρα		v. 46. δ' ἐγήθειον		δὲ γήθειον
	v. 421. προφερεστέρα		προφερεστέρη (2)		v. 70. δῆτ'		δοῖτ'
	v. 446. βεβλημένους		βεβλημένον		v. 93. ῥέδαται		ἔλδεταί (4)
	v. 495. ὑπέδραχεν		ἐπέδραχεν		v. 146. ὅσσ'		ὥς δ'
	v. 520. ἢ μὲν εἰ ἢ δ'		ἤ μὲν εἰ ἢ δ'		v. 168. ἔσσυτο		ἵστατο
	v. 543. ἄορ		αἶμα		v. 185. οἶδε		δοιοῖ
	v. 546. ἐπεσμαράγησε		ὑπεσμαράγησε		v. 249. δένδρ'		δένδρε'
	v. 602. θέρους		θέρους		v. 265. ἐν		ἐνὶ
	v. 618. οὐτ' ἄρ' εἰ ὀπίσαστο		οὐ γὰρ εἰ ὀπίσαστο		v. 277. γ' ἐτέρπετο		τε τέρπετο
	v. 665. ῥὰ Πηλιάδες		μὲν ἄρ' Ἡλιάδες		v. 311. κρατερώτερος		κρατερώτατος
	v. 666. ὦϊξε		ῥῖξε.		v. 326. ἐνεγγυς		ἐγγυς
L. III. v. 28. δ' ἔθηκε			δὲ θῆκε		v. 364. ῥῆλασε		ὀκλασε
	v. 49. ῥακαχες		ῥαφαχες		v. 383. Ἰάσονος		Ἰήσονος
	v. 57. ἐ		οἱ		v. 396. ἀμφιτετρυμμένα		αἰψα τεδρυμμένα (5)
	v. 58. οὐδ'		οὐτ'		v. 400. προπάροιθε		τοπάροιθε
	v. 65. ὑπὲρ		ὑπὲκ		v. 416. ἐπαγγύνεσκε		ἔτ' ἀγγύνεσκε
	v. 69. τλήτω		στήτω		v. 420-421. ἀπόνητο, ἀγλάν·		ἀπόνητο· ἄχνοον —
	v. 70. τοῖ		οἱ		v. 441. θέρους εὐθαλπέος		θέρους εὐθαλπέος
	v. 94. οἱ δὲ		ἡδὲ		v. 445. μὲν		μιν
	v. 114. σχέτλιοι		σχέτλιοι		v. 487. ἔλευσσαν		ἐνευσαν
	v. 159. ῥιπτε γαίης		ῥιπτε, βαιὸν		v. 488. ἰδμοι, πυγμαχίης		ἰδμοι, παμμαχίης
	v. 169. τίσεσθ'		τίσετ' ἄρ' (3)		v. 522. ἐκθορον·		ἐκθορον·
	v. 184. ἐ		οἱ		v. 559. ἐν		ἐνὶ
	v. 190. ἀρήγετε		ἀρήγοιτ'		L. V. v. 14. ἀμφιτέτυκτο		ἀμφιτέτυκτο
	v. 210. πόλιν εἰ εἰρύσαντες		πόλιν εἰ εἰρύσωμεν		v. 35. θανάτου		θανάτου
	v. 222. τε		ῥά θ'		v. 36. ὑσμῖναι		Ἰσμίνας·
	v. 225. ὑπαὶ		ὑπὸ		v. 72. μειδιῶσ'		μειδιῶων
	v. 295. δῆ		δῆτ'		v. 125. κ'		τ'
	v. 304. ναιετάασκεν		ναιετάασκεν		v. 126. νύ κεν		νῦν
	v. 319. ἀπαῖ		ἀπὸ		v. 127. μετεύαδεν		μέγ' εὐαδεν
	v. 340. ἐμπνέοντα		ἀμπνέοντα		v. 134. Ἰδομένη· αὐτόν,		Ἰδομένηα κλυτὸν,
	v. 379. οἷ		οἱ γ'		v. 145. δῶη		δῶη
	v. 386. εὐτε		ἔστε		v. 169. ἀνέρα, ὄντινα τῶνδε		ὄντινα κεν τῶνδ' ἄνδρα
	v. 409. τ' αὖ		δ' αὖτ'		v. 176. ἐρατεινήν·		ἀλεγεινήν·

(1) V. 792 Struvius συγχεῖσθαι coniecit pro συγγεῖσθαι.

(2) V. 391 οἱ pro altero μοι scribendum esse coniecit.

(3) Olim τίσετε, Hermannus voluit τίσαιτ'. Suamne lectionem Tychsenius sine codice e iudicio suo, an e codice hauerit sine iudicio, nescimus.

(4) Spitzneri emendatio. Struvius et Bonitius maluerunt φρεσὶ μῆδεταί, Lehrsio κῆδεταί in mentem venit. Mox v. 168 ἵστατο Lobeckii coniectura est ad Aiace p. 156.

(5) Struvius, cui haec emendatio debetur, αἰψα dubium esse ipse confitetur, Lehrsio αὖθι fortasse scribendum coniecit.

IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :	IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
v. 212. ἔχεις	ἔχεις	v. 250. καρήπατα δ'	κάρη δέ οἱ
v. 216. μ' ὑπόεικε	μοι ὑπείκει	v. 258. ἄλλοθεν	ἀλλοθις
v. 240. οὔτιδανόν et ἀργαλέον	ταρβαλέον οὔτιδανόν	v. 283. αὖ	αὖθ'
v. 249. ζεύγλης	ζεύγλης	v. 298. ἔωλεπεν	έολπεν (1)
v. 256. εὐσθενέα	εὐσθενέος	v. 317. Πολυδάμαντα	Πουλυδάμαντα
v. 281. μητιόωντο	μητιόωνται	v. 329. αὐτῶν ἦδ'	αὐτῶν τ' ἦδ'
v. 299. καταβοσκομένοισιν	κάτα βοσκομένοισιν	v. 384. τῷ δ' ἄρ' ἐπ'	τῷ δ' ἄρ' ἐπ'
v. 354. ἀλλά γ'	ἀλλ' ἄρ'	v. 388. σχέτλιε ,	σχέτλιος ,
v. 359. ὥς	ὥς	v. 392. ὅς	ὅ
v. 362. ὄρεξεν	έρεξεν	v. 418. ἔτι ἔλπη	έτ' ἔελπη
v. 386. ἦδὲ	ἦε	v. 457. τετυγμένα	τετυμμένα
v. 388. βίη	βίη	v. 474. δ' ἐκεῖνο	δὲ ἐκεῖνο
v. 393. ὑπέδραχε	έπέδραχε	v. 485. τεταγμένη	τεταμμένη
v. 394. ὑπετρομέεσκον	ὑποτρομέεσκον	v. 500. δὴ τότε γ'	δὴ ῥα τότε
v. 399. ἐπει	ὅτι	v. 526. ἐμπνέοντα	ἀμπνέοντα
v. 422. ἦκαχε	ἦπαχε	v. 532. ἦδὲ	ἦε
v. 435. ὑποπτώσσουσι	ὑποπτώσσωσι	v. 533. ἀολλίσσας	ἀολλίσσας
v. 436. ὅτ'	ὅ δ'	v. 544. ἀρίδης	αἰδής
v. 444. κύων	κύων	v. 580. Ἐχέμμουνα δηϊοτῆτι	ἑλῶν ἀνά δηϊοτῆτα
v. 457. χόλον	δόλον	v. 592.	in uncis.
v. 460. ἐπιθήμεναι ,	ἐτι βήμεναι ,	v. 602. ἐπεσσύμενος	ἐπισπόμενος
v. 469. χεῖρες	χερσίν	v. 604. ἔνα	ἐνὶ
v. 470. δέ κεν	δὲ καὶ	v. 631. Μόνυσον	Μόνυσον
v. 492. ὀδυρομένοις et οἶον	ὀδυρομένων et οἶαν	L.VII. v. 28. ὑπὸ	ὑπαὶ
v. 509. ἐβλάβην	ἐβλάβη	v. 38. πόνου	γόου
v. 517. ὄφρα με	ὄφρ' ἐμὲ	v. 57. ἔξεεν	ἐξέρεεν
v. 523. ἀπάντων	ἀνασσαν	v. 65. τεθνεότες	τεθνεώτες
v. 524. ἀνασσαν ἔμεν, ὅσσων	ἀπάντων ἔμμεν, ὅσων	v. 71. θεῶν ἐν	θεῆς ἐνὶ
v. 550. νῦν μὲν	μὲν μοι	v. 77. πνοιῇ	πνοίης
v. 554. ἀνδρέσιν	ἀνδράσι οἱ	v. 78-79.	lacuna. (2)
v. 555. ἐπ'	ἐν	v. 79. οὗτοι et ἄλλος	οὔτι et σχολιὸς
v. 563. θεῇν,	θεάν,	v. 137. φάραγγας	φάραγγος
v. 587. καὶ	οἱ	v. 163. μίην	μίαν
v. 611. ἀμφιγάνωσιν	ἀμφιγάνωσιν	v. 175. προπάροιθε	τοπάροιθε
v. 619. περὶ διντήσαντο	περινήσαντο	v. 196. τεύχεα	τεύχεσι
v. 622. καὶ	οἱ	v. 247. ἀτροπος et μοῖρα ,	Ἄτροπος et Μοῖρα, (3)
v. 649. πολυκμήτος	πολυκμήτου	v. 248. ὑπέκλασε	ὑπέτμαγε
L.VI. v. 35. ἐκ	ὑπέκ	v. 254. ὄρνυτο	ὠρνυτο
v. 54. ἀνέρας, ἦδ' ἵππους,	αὐτοῖς ἦδ' ἵπποις,	v. 261. πυμάτων	μυγάτων
v. 81. κεν	καὶ	v. 264. ὑπ' ἀργαλέης ὑσμίνης,	κατ' ἀργαλέας ὑσμίνας,
v. 99. βαλόντες,	βάλλοντο,	v. 285. οὔνεκα	τοῦνεκα
v. 114. ἀποσκοπίαζον	ἀπὸ σκοπίαζον	v. 290. οὔνεκ'	εἵνεκ'
v. 126. ἥμενοι	ἥμεροι	v. 299-300.	lacuna. (4)
v. 131. ἔσπετο	ἐπλετο	v. 340. μεγάλας	ἀταλάς
v. 145. καθ'	καὶ	v. 348. λαοῦ	ἄλλοι
v. 149. ἤρετο	εἶρετο	v. 372. ἄρ'	ἀν'
v. 151. ἐνθ' ἄρα	ἐνθάδ' ἄρ'	v. 381. φέρων, καὶ ὅσ'	φέρων κλέος (5)
v. 183. ἠύχοντο	εὐχοντο	v. 395. πολυῤῥοβόιο	πολυῤῥοβόιο
v. 194. ἴσαν	ῥύσαν	v. 426. δὲ	δὴ
v. 209. ἐπὶ	ὑπὸ	v. 436. νεῶς	νεός
v. 214. μὲν	ῥα	v. 488. ἦ μὲν	ἦ μὲν
v. 224. ἐτίναυτο	ἐσίνετο	v. 475. μὲν ἐπέπλετε	σφίσιν ἐπλετο
v. 225. χρυσοῖο	χρυσέοιο	v. 483. τε ἰδὲ	τ' ἦδὲ
v. 227. Στυμφαλίδες	Στυμφηλίδες,	v. 485. αἰψ'	αἰψ
v. 247. ὑπὸ	ἐπὶ	v. 498. ὀκρυόεσσαν	ὀκρίόεσσαν
		v. 510. ἀνδρῶν,	αὐτῶν

(1) Idem mendum sæpius nobis tollendum erat, ut v. 21; VII, v. 692, etc.

(2) Lacunæ, quas in nostrum textum introduximus novas, solo spatio, quas Tychsenii editio iam habuit, asteriscis notantur.

(3) V. 224, quem Tychsenius primus exhibuit, παρατεκτῆναισθαι vix recte habet. Coniicimus poetam scripsisse προ-
-ῖραιθε τανύσσαι vel τιταίνειν vel τιτῆναι.

(4) Quam lacunam ex Homeri Od. λ. 129 facile explendam Lehrsius vidit.

(5) Spitznerus χάριν voluit. Nos Lobeckii emendationem recepimus, nihil dubitantes, quin epici poetæ, qui ὀπάζειν
κλέος, κύδος φέρειν et κύδος ὀπάζειν (conf. noster XII, 252, 265, 273) dicebant, φέρειν κλέος dicere potuerint.

IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :	IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
v. 532. ἀήρ·	αἰθήρ·	v. 301. ἐπέπνευσεν	ἐνέπνευσεν
v. 547. καταχῆει περὶ πέτρῃ,	καταχῆει περὶ πέτρῃ,	v. 311. ἐρυμνῇ	ἐρεμνῇ
v. 549. βήμεναι	δύμεναι	v. 324. ἐπιτέρπετο	ἐπετέρπετο
v. 584. διον,	δεῖος,	v. 330. ἡγαθέοισιν ἐπέφρα- σεν	ἡ ῥα θεοῖσιν ἐπεφρά- σαι·
v. 640. κύσεν	κύσσει	v. 336. οἱ	τοῖ
v. 650. φήσασκεν et ἔμμεν,	φαίης κεν et εἶναι	v. 376. οὐνεκ' οἱ ἑλκος ἔμελ- λεν et ἰκέσθαι,	οὐνεκά οἱ μελανῆλκος et ἵκανε, (3)
v. 653. ἄρ	ἄρα	v. 382. ὑπὸ βρωθέντα θαλάσ- σης·	ὑποβρωθέντα θαλάσση·
v. 656. κέκευθε	κεκεύθει	v. 384. ἀπὸ στυγελοῖο,	ἀπο, στυγελοῖς —
L.VIII.v. 4. περὶ	ποτὶ	v. 392. παρεκείτο γε	παρεκέκλιτο
v. 11. μαψιδίῃ	μαψιδίῃ	v. 409. ἤροντ'·	εἶροντ'·
v. 41-42.	lacuna.	v. 420. μέγα	μάλα
v. 48. δῆ	δὲ	v. 467. ἀμφὶς ἔχρισαν	ἀμφὶ ἔχρισαν
v. 79. ναιετάσκει	ναιετάασκε	v. 469. οἱ	τοῖ
v. 99. Ἐνδ'	Ἐν δ'	v. 496. a Rhodomanno in- ventus.	lacuna.
v. 103. ναιετάσκει	ναιετάασκε	v. 501. ἄλλῃ·	ἄλλῃ·
v. 137. δὲ	δὲ ἔ	v. 502. αἶσαν,	αἶσῃ,
v. 157. ἀκρονύχων	ἄκρον ὕδωρ	v. 519. εἶπου τις	τῶν εἰ τις
v. 235. ὀχέεσσι	ὀχέεσσι	v. 520. πέλεται νόος ἀνδρά- σιν ἐσθλοῖς,	νόος ἀνδράσι γίνεται ἐσθλοῖς,
v. 303. ὃς τε πάροιθεν	ὃς τοπάροιθεν	L. X. v. 30. ἀλλὰ γ'	ἀλλ'
v. 304. ναιετάσκει	ναιετάασκε	et ἀλευομένους	μέγ' ἀλευομένους
v. 305. ἔδρακεν αἶαν.	ἔδρακε γαῖαν.	v. 32. τίτι	ἐπὶ
v. 332. περιβρίψῃ	περιβρίψῃ	v. 42. τοι et κἀκείνῳ	κεν et καὶ κείνῳ
v. 333. θάπτον	τυτθῇ	v. 54. ὤμοις	ὤμους
v. 337. Τρώας et ἄλλους	Τρῳσὶν et ἄλλον (1)	v. 64. ὀτρύνοντες	ἀρτύνοντες
v. 338. λαὸν ἐπαΐσσοντας·	λαοὺ ἐπαΐσσοντας·	v. 66. ὥς που	ὥς ἢ
v. 339-340.	lacuna.	v. 67. εἶαρος	χείματος
v. 345. ἔδαισε·	ἔσεισε· (2)	v. 68-69. — φύει, ἡδ' ὥστε	— χέει, ἢ ὥς ὅτ' ἀν' ἄχα- —
v. 377. ἄρα	ἄραρ	δι' ἀχαλῆς φυλόχοιο Πύρ	λέην φυλόχον πύρ Αἰθό- —
v. 378. τεύχεσσι	τείχεσσι	βρέμει αἰθόμενον, ἡδ' ὥς—	μενον βρομέει, ἢ ὥς—
v. 381. νεφέεσσι	νεφάδεσσι	v. 73. ἄλλον	ἄλλῳ
v. 400. οἱ ἤθελε θυμὸς ἀμύνειν	ἀμύνειν ἤθελε θυμῷ	v. 81. Ὑἷαλον, εὐγλώχινι	Ἵλλον, εὐγλώχινι
v. 412. ἐτέρωθεν	ἐτέρωσε	v. 87. Χέδιόν τε,	Σχέδιόν τε,
v. 436. ἐν	ἐνὶ	v. 89. Γαληνόν,	Γαληνόν,
v. 438. κραδίῃ	κραδίῃ	v. 91. ἅμα πῖονι	ἅμ' ἀπείρονι·
v. 459. πάντας et ἐπαῖ	παντ' et ἐπειῇ	v. 126. ναιετάσκειν	ναιετάασκεν
v. 484. ἀνέμβατον	ἀνάμβατον	v. 131. πονέουσιν	περ ἐοῦσαν (4)
L.IX.v. 2. ἀπείριτος	ἀπείριτον	v. 132. δ' ἄρ'	γάρ
v. 55. οὐδὲ σ' ἐγὼ περ	οὔτε σ' ἐγώ γε	v. 135. κείνο δ' ἴησι	εἰ δ' ἐπίησθα,
v. 81. αὐτὸν	αὐτοῦ	v. 136. ἱκῆται,	ἱκῆαι,
v. 83. ὀλέσση·	ἐλάσση·	v. 139. καὶ μιν ἀεὶ σπαίρου- σαν	καὶ ῥα μιν ἀσπαίρου- σαν (5)
v. 88. μοῦνος	μοῦνον	v. 143. Φύλαϊς εὐζωνος	Φύλλις εὐζωνος
v. 110. ἐντύναντο	ἐντύνοντο	v. 155. ἀνευ	ἀνευθ'
v. 114. παρανήγε	παρενήγε	v. 172. πέτρης,	πέτρης,
v. 119. αὐτοῦ.	αὐτοῦ.	v. 194. ὥς ἔτεδον καύσαιτο,	ὥς ἔτεδον, κεκέδατο
v. 132. μή	μίγῃ	μέγας	μέλας
v. 134. ἔγχει	ἔγχεσι	v. 241. ἔτ' ἐμίμνε	ἔτι μίμνε
v. 160. ὑπέρχετο·	ὑπώχετο·	v. 250. ἐννεσίη	ἐννεσίης
v. 195. αὖθις	αἶεν	v. 276. βεβλημένος	βεβολημένος
v. 241. ἐτέρωθε	ἐτέρωθε		
v. 259. δόρυ	δορὶ		
v. 260. ἤερα	omissum,		
et τοῖον φάτο μῦθον·	ποτὶ τοῖον μῦθον εἶπεν.		
v. 298. δὲ βοήσας	δ' ἐβόησε		
v. 299. Τρώεσσι	Τρῳσὶν δὲ		

(1) Lehrsium ad hunc versum : « ἐτίοντο, fortasse εἰόντο. » Conf. VI, 224.

(2) Egregiam hanc coniecturam vir cl. C. Lachmannus communicavit cum Lehrsio, amico suo, qui ipse coniecerat ἔδρασε.

(3) Ad v. 347 Lehrsium : « ἀπαναίνεται fortasse ἀγριαίνεται. »

(4) Orellius in epistolis philologicis (pag. 407) præter hanc emendationem tres alias (X, 105; XII; 580; XIII, 159) proposuit, quas recepimus. — Quum in nonnullis codicibus huius versus lacuna verbo ἐτείρετο expleatur, ea-que, quæ sequuntur, cum præcedentibus vix cohæreant, cui malo Kœchlyi coniectura non medetur, plura excidisse suspicamur poetamque huiusmodi aliquid scripsisse :

ἀθανάτην περ ἐοῦσαν· ἐτείρετο δ' ἄρ' φίλον ἦτορ,
πρὶν κείνῳ φιλότῃ μιγῆμεναι, ἥς ἔτι νῦν περ
εὐνῆς σῆμα κ. τ. λ.

(5) Kœchlyi coniectura. Lehrsium voluit μένει σπαίρουσαν vel μένει ἀσπαίρουσαν.

IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :	IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
v. 277. νοῦσφ, καὶ	νοῦσφ τε καὶ	v. 99. κάρτεος	θάρσεος
v. 309. μεγάροισι, μεγ' ἀ- σπετα	μεγάροισιν ἀάσπετα	v. 103. ἡ Διδός	ἐκ Διδός
v. 357. ἐμπροσθεν et ἐμβεβα- υίας	ἐντοσθεν et ἐμβεβαυίας	v. 106. γένος ἀμφιλιποῦσα,	θῶος αἰπὺ λιποῦσα
v. 379. προπάροιθεν	τοπάροιθεν	v. 111. ἐνδοθι	ἀγχόθι
v. 398. με ἄσπετον	μ' ἄσπετον	v. 124. ἐς	ἀν'
v. 405. ἐδάμασσα	ἔδαμ' αἶσα	v. 127. δεύοντο	δεύοντ' ἐκ
v. 406. οὐ γοῶσα	οὔτι γοῶσα	v. 135. ὀκρυόεντι	ὀκριόεντι
et τόσσον, ὅσον	τόσσον, ὅσσον ἄρ'	v. 164. ἐπὶ	ποτὶ
v. 408. κείνη	κεῖνον	v. 176. ὑπεσμαράγησε	ἐπεσμαράγησε
v. 409 et 410. ἡδὲ	αἱ δὲ	v. 186. οὐδεος	οὔρεος
v. 413. κώκυσεν,	κώκυσ',	v. 188. περὶ	ἀμψ'
v. 428. ὄφελόν ποτε	ὄφελον τότε	v. 198. ἐν	ἐκ
v. 431. ἡώς	αἰών	v. 209. ἡμέας	ὑμέας
v. 435. εὐπέπλους	εὐπέπλους	v. 212. γαίη ἀπειρεσίη	γαίη ἀπειρεσίη
v. 459. μακρὸν πέρι κωκύε- σκον.	μόρον περικωκύεσκον.	et ἄμμιν	ὑμμιν
v. 465. βοήσατο	γοήσατο	v. 220. νῦν et ἀκρίτόμυθοι,	κλυτοὶ et ὀδριμόθυμοι,
L. XI. v. 6. ἡδὲ	οἱ δὲ	v. 221. τι	κε
v. 9. ἱκελοι	εἰκελοι	v. 236. μίμνετε	μίμνειν
v. 23. δὴ	δῖ	v. 257. τοι	που
v. 25. ἀνίη	ἀνίης	v. 258. πολέμου	πολέμοιο
v. 56. ἐς δορί	ἀορι	v. 260. αὖ	αὖθ'
v. 59. ἅμα πέπτατο	ἅμ' ἀπέπτατο	v. 275. Νέστωρ	Νέστορ
v. 63. αἰνόν	αἰνοῦ	v. 277. τις	τοι
v. 66. ἐπὶ	τότε	v. 284. μιν	τόν
v. 103. τῷ	τοῦ	v. 301. δ' ὑπ' Ἀρηί	κεν ὑπ' Ἀρει
v. 123. ὑπαί	ὑπὸ	v. 313. οὔρεϊ οὔτε	οὔρεϊ τ' οὔτε
v. 136. ῥοῆς	ῥοῆς	v. 315. δ' ὁ	δὲ
v. 161. δ' ἄρ' λαίνετο	δ' λαίνετο	v. 323. Ἀντίμαχος	Ἀμφίλοχος
v. 173. ἐσσυμένως	ἐσσυμένους	v. 331. ἡ μὲν	ἡμὲν
v. 194. λείπεν et κραταιήν	λίπεν et κρεμαστήν,	v. 333. αὖ	εὔ
v. 195. ἐμπεφυῖαν	ἐκπεφυῖαν	v. 343. ἔργω et ἀνακτας	ἔργον et ἀνακτες
et εὐγνάμπτοισι χα- λινοῖς,	εὐγνάμπτοιο χαλινοῦ,	v. 394. γινῶναι	γινώμεναι
v. 208. οὐς, ἄμοτον	οὐς τ' ἄμοτον	v. 410. εἴβειν	εἴβεται
v. 209. τύψη ὑπαί	τύψεν ὑπὸ	v. 414. θεή· λευκαὶ δὲ	θεά· γλαυκαὶ δ' ἄρ'
v. 219. ἀγε θέσθ'	ἄζεσθ'	v. 430. περιστενάχουσι	περιστενάχοντο
v. 249. ἀπροτίσπον ὁμίχλην	ἀπροτίσπος ὁμίχλη	v. 445. τῷ	τοῖ
v. 251. ἔλοντο	ἔλαιντο	v. 453. κικλήσκουσιν,	ἐπικλείουσιν,
v. 284. ἐπ'	ἄρ'	v. 461. ἔξαν	ἔξον
v. 286. μετ'	μέγ' \	v. 467. ἐνθα	ἐν δὲ
v. 324. αὐτεον.	αὐτευν.	v. 476. δς	ὄγ'
v. 360. ἐντύναντο	ἐντύναντο	v. 484. καὶ ἐπὶ	ῥ' ἐπὶ
v. 361. μίη—ἄρμη.	μίη—ἄρμη.	v. 488. ἀφραδίη	ἐν κραδίη (2)
v. 365. τοῖαι Ἀργείων	τοῖαι ἄρ' Ἀργείων	v. 495. λυγρὸν	λυγρῷ
v. 367. ἀρηράμεναι	ἀρηράμενοι	v. 496. ἐπὶ	περὶ
v. 372. βελέμνοις,	βοείαις,	v. 515. ἀχλὺς ἄρ' ἀμπεκάλυψε	ἀχλὺς ἀμπεκάλυψε
v. 379. δρόμος et δ'	βρόμος et θ'	v. 528. ἦεν,	αἶεν,
v. 432. πόληος, ἐὼν	πόληος ἐῆς, (1)	v. 544. ἄρα	ἅμα
v. 450. ἐπιθήσατο	ἐπεθήσατο	v. 545. χαίρετε	χαίρετ' ἄρ'
v. 472. συνηλλοίωτο	συνηλοῖητο	v. 559. πού	γάρ
v. 495. καὶ	σὺν	v. 564. οὐνεκά σφιν μέγα	οὐνεκ' ἄρα σφίσι
L. XII. v. 30. πάντα	πάντες	v. 580. οὔρεσι καγχαλόωσα	οὔρεσιν ἀσχαλόωσα
v. 31. ἐν κλισίης	δς κλισίας	v. 383. ἀχθυμένη	ἐσσομένη
v. 43. ἅμα	ἀνά	v. 585. φόνου et σφίσι	φόνω et μέγα
v. 53. οὐ γάρ	οὐχί	L. XIII. v. 4. περὶ	παρὰ
v. 55-56. ἄλλα Ζηνός· ἃ μὲν	ἄλλα· Ζηνός μὲν	v. 19. φρένα	ωρένας
v. 65. σφιν	σφισι	v. 36. ἀτρεκέως	ἀτρεμέως
v. 76. πολλὰ	πάντα	v. 42. ἐξανέδυσεν ἰδῶν	ἐξανέδυσεν ἰδῶν
		v. 54. ἄλλοθεν ἄλλοι	ἄλλος ἐπ' ἄλλω
		v. 68. ἀτρομοι	ἄδρομοι
		v. 70. ἀνίταχοι	αὐτάχοι
		v. 73. ἐπιθρίσουσι	ἐπιθρίσωσι

(1) V. 404 interpretes in verbis ἄλλ' ὅσα πάντα offenduntur. Struvius ἄλσα πάντα tentavit, quod falsum esse Lehrsius videns requiri dicit huiusmodi aliquid : μηλονόμοι καὶ πῶσα πάντα. Kœchlyus fortasse scribendum existi-
mat αἰπὸλοι αἰνά. Nonne sufficeret scribere : ἄλλ' ἅμα πάντα?

(2) Aut sic, aut ἀργαλέην scribi Lehrsius vult.

IN TYCHSENII EDITIONE :

v. 89. οί
v. 106. γε
v. 110. λυγρῆς,
v. 113. ἔχειν
v. 132-133. Τρῶες. ὡς δ' ὑπὸ
v. 139. ὀλέκουσι μένοντες
v. 152. τμηθέντες
v. 162. μεγάροιιν
v. 183. ἐνὶ
v. 192. γέροντι τεῶς
v. 241. κάρη.
v. 244. πολλὸν
v. 250. πολλῶν
v. 257. οὔτοι
v. 268. φίλου, αἰνὸν
v. 276. ἐνὶ
v. 295. ὅς
v. 345. οἱ, εἰ ἄλλων ἐν
v. 348. μή
v. 362. σ' ἐδέξατ'
v. 368. ἄρ' ἔμελλεν
v. 384. παρ'
v. 394. ἀρίζηλο
v. 401. θεῇ
v. 405. ἄρ' ἔθελγεν
v. 410. ἀναιρέμεν
v. 425. οὐδὲ ἡ
v. 428. ἔτρεσεν
v. 429. ἐπεὶ οἱ
v. 445. αὐτὸν
v. 452. ἤριπεν
v. 489. ὑπὲκ
v. 518. οἱ
v. 522. ἀναμνήσαντο
v. 542. τι μυρομένων
εἰ περιπίπτат

IN EDITIONE NOSTRA :

τοί
ἐ
λυγρῆς,
ἔλειν
Τρῶες, ὡς ὑπὸ
ὀλέκουσιν ἔδοντες
τμηθέντες
μεγάροιο
ἐπὶ
γέροντος ἑᾶς (1)
κάρην
πουλὺν
πάντων
οὐ πῶ
φίλου ἔνδον,
ἐνι
ὡς
καὶ et ἄλλ' ὅς' ἐνὶ
μί' ἡ
σε δέξατ'
ἄρα μέλλεν
καὶ
ἀρίδηλον
θεᾷ
ἄρα θέλγεν
ἐναιρέμεν
οὐδ' ἦγ'
ἔτρεμεν
ὅτι οἱ
αὐτὸς (2)
ἔβρισεν
ὑπαί
τοί (3)
ἀνεμνήσαντο
κινυρομένων
περιπέπτат

IN TYCHSENII EDITIONE :

v. 555. ἐπ' ὤψει
L.XIV. v. 12. οἶο
v. 20. Κασσάνδραν
v. 53. ἀκοίτου
v. 92-93.
v. 113. καὶ οὐδὲος
v. 121-122.
v. 142.
v. 159. πάρος μεμαυῖαν
v. 166. ἰσχομεν
v. 171. ἄρ'
v. 172. βλεφάρων ἡλειθετο
v. 178. συνέχοντο
v. 188. ἄδην ἐμὸν
v. 198. ἀπηέτηνθ'
v. 214 et 241. ἐσπεπλον
v. 262. ἔκχυσο
v. 263. χεῖματι
v. 265. περιτρύζωσι
v. 269. στεναχῆσι
v. 281. ἀνωλύξεσκε
v. 283. σπαργεῦσα
v. 292. ἡδὲ et ἡδ'
v. 299. ἐνὶ μαίνεται
v. 302. βλεφάρων χεύοντο
v. 328. οἶδμα
v. 386. δὲ τὰ
v. 389. ἀπόπροθε
v. 402. αὐτοὶ
v. 444. οὔτι
v. 495. τις
v. 504. διέχευον
v. 507. πότμον
v. 557. μὲν
v. 590. ὦς

IN EDITIONE NOSTRA :

ἐπόψιαι
ἀμφὶ
Κασσάνδρην
ἀκοίτεω
lacuna.
διειδέος
lacuna.
in uncis.
μέγ' ἐμμεμαυῖαν
ἰσχόμεν
ἀμ'
βλεφάροιιν ἡλείθετο
συνέχοντο
ἀρήϊον
ἐπηέτηνθ'
εὐπεπλον
ἔκχυτο
χέρματι
περιτρίζωσι
στοναχῆσι
ἀνωμώξεσκε
σπαργῶσα
ἡε et ἡ
ἐτ' λαίνεται
βλεφάροιιν ἔχυντο
χεῦμα
δ' ἑᾶ (4)
ἀπόπροθι
παῦροι
οὔτοι
οἱ (5)
διέχευαν
πόντον
μέγ'
ὦς

TRYPHIODORUM e Wernickii recensione imprimendum curavimus, nisi quod versus mendosos, quos ille asterisco notavit, e virorum doctorum coniecturis iis, quæ maxime probabiles nobis visæ sunt, emendavimus. Versum 301, magis corruptum, quam ut poetæ scripturam divines, dedimus, quomodo apud priores editores ipsumque Wernickium legitur.

TZETZES e Bekkeri recensione prodit, correctis levibus paucis sive editoris sive typosetorum erroribus.

In *interpretationibus latinis*, quas nostris poetis addidimus, elegantiam frustra quæres, quum græca, quantum fieri potuit, ad verbum reddere statuerimus,

(1) In hoc versu a variis varie tentato αἶδεσαι ἄντα γέροντος ἔχειν χέρας legendum olim coniecimus. Nunc tamen lectionem a nobis receptam bene habere putamus, neque Kœchlyus aliquid excidisse nobis persuadet.

(2) V. 432 Struvius et Bonitius mutata interpunctione αἰνὸς ὁμοῦ· καίοντο legere voluerunt. Sed ὁμοῦ, quod Rhodomannus interposuit, ubi lacuna olim fuerat, mendosum est. Totum locum intento animo legentibus nobis suspicio movetur, duo hemistichia inter αἰνὸς et καίοντο excidisse.

(3) V. 497 καίπερ ἐλδομένη vitiosum est. Lehrsius καὶ πρὶν ἐλδομένη, Kœchlyus καίπερ ἀλωομένη coniecit, uterque dubitanter.

(4) Versum 386 et 387, in quibus Pauwius verum iam viderat, melius ita disposuissimus :

καὶ ῥ' αἱ μὲν περὶ γούνατ' ἔχον χέρας· αἱ δὲ μέτωπα
* * * * * αἱ δ' ἑᾶ τέχνα
ἀμπεχον κ. τ. λ.

(5) Miramur, cur Kœchlyo, quum v. 483 κανεῶν improbable, κοινῶν potius quam κοίλῳ succurrerit.

quo consilio in Hesiodo magis etiam stetimus quam in reliquis auctoribus. Priorum versionum, quæ earum natura erat, modo plura, modo pauciora, interdum nulla reperies vestigia. Tzetzen etiam interpretatione donavimus, non quo operæ pretium esse putaremus, hunc laborem in poetillam impendere, sed ut æqualitatis legem editioni nostræ præscriptam observemus.

Indicibus nominum et rerum, quos singulis auctoribus subiunximus locupletissimos, lectorum commodo nos optime consuluisse eorumque approbationem meruisse confidimus.

Iam lectores harum rerum periti operam nostram benigne iudicent, reliqui iudicio abstineant velimus, valere iubemus omnes.

Parisiis, Kalendis Decembribus a. MDCCCXXXIX.

PRÆFATIO

NOVÆ EDITIONIS.

Hoc volumen prelo iterum subjici nolui, quin emendarem quæ in recensendis his poetis minus bene fecisse mihi visus sum. Ac primum quidem in Hesiodi Operibus et Diebus variarum recensione vestigia a fratre dilecto agnita (Quæstt. epp. diss. III, p. 177 sqq.), quibus nihil esse verius, nihil ad illustrandam carminis naturam aptius intelligebam, signis quibusdam indicanda judicavi. Quod tamen quomodo vellem effici non potuisse ægre fero. Nam præter crucis signum (+), quo illarum de quinque hominum generibus narrationum, quas a variis auctoribus confectas variisque ex recensione commixtas esse constat, notata vides initia, alias inveni notas, quibus binos locos e variis recensionebus superstites, qui sibi invicem respondeant, significarem. Quas notas quum frustra quæras in Hesiodi carmine, quale nunc prodit, locos illos hic indicabo, quia persuasum mihi habeo lectorem, qui in exemplari suo eos notaverit, facilius intellectuum carminis structuram ac sensum.

Sunt enim quinque loci, qui ex duplici recensione bis leguntur in hoc carmine, quale hodie est:

v. 227 ad 231 ex alia recensione repetitur. v. 232-237,
v. 239. v. 242-247,
v. 393-397 med. v. 397 med.-404,
v. 618-642. v. 646-662,
v. 678-681 **. v. 682-688.

In Apollonio nonnullos mutavi locos e Kœchlyi *Collectaneis in Apollonium et Oppianum* (Lips. 1838). Hinc nunc legitur lib. I, v. 8, μετέπειτ' αὐτήν. v. 299, τῷ. v. 323, ἰθὺς ἰόντας. v. 644, ἐποιομένον. v. 1099, πεπεύρανται. v. 1187, δαίτη πένεσθαι ἑταίρους. v. 1359, λάβρον (quod operarum errore non correctum video). Lib. II, v. 93-94, πῆχον τυτθὸν δ' ἀγχι. — v. 628, ἔσκειμαι. v. 915, παρεμέτρεον. v. 1258, ἀπ' — Lib. III, v. 211, αἰθέρος. v. 1048, ἄσχετον. v. 1136, λιποῦσ' ἵπο. Lib. IV, v. 1647, librorum τήν restitutum. Quæ præterea ad lib. I, v. 747 et v. 881, ad lib. III, v. 1384 proponuntur, emendationes olim

HESIODI.

jam dedi, e Struvii conjectura primam tertiamque, e Spitzneri secundam.

Coluthus duobus nunc auctus est versibus, quos vir cl. Millerus primus publici juris fecit *) e codice satis antiquo, sæculi fortasse decimi, a Mutinensi fere non diverso, qui in Græcorum bibliothecæ regiæ codicum supplemento latuit. Prior illorum versuum, versum 67 sequens:

Ἥρη δ' οὐ μεθέηκε καὶ οὐχ ὑπόεικεν Ἀθήνη.
a Millero ita editus:

Ἥρη δ' οὐ μεθέηκε, καὶ οὐχ ὑπόεικεν Ἀθήνη.
lacunam post v. 65 olim indicatam explet; posteriori (v. 239-240):

..... φίλος κτέρας Ἀπολλωνος

οἶκον Ἀμυκλαίοιο.....

Κάρνειος epitheton, cui debetur, Apollini redditur. Lacunam, quam olim post v. 257 indicaram, injuria oblitterarunt operæ. V. 48, οὐδὲς ἄχαπτον e conjectura scripsi. Quoniam enim hoc loco ad conjecturam necessario refugiendum erat, prætuli dare quod auctor scribere saltem potuit, quam quod eum scribere non potuisse apparet.

Quum viri cl. Kœchlyi *Emendationes et annotationes in Quintum Smyrnæum*, (vid. Acta Societatis Græcæ, etc., vol. II, Fasc. 1.) ad priores etiam hujus poetæ libros emendandos adhibere nunc liceret, hæc præsertim carminis pars lectionibus novis locupletata est plurimis, quas vir doctissimus sive e conjectura, sive e codice Monacensi poetæ vindicavit. Idem in editionis meæ recensione, quæ in Zimmermanni ephemm. (a. 1841, n. 8 sqq.) legitur, multas lectiones sive novas introducendas, sive antiquas, injuria a me expulsas, revocandas indicavit, quarum ne plures, quam debebam, receperim, nimis indulgens viri egregii ingenio, vereor. Quas indefessus Quinti sospitator in *epistola critica* (in Zimmerm. ephemm. a. 1841, n. 84 sqq.) cum Spitznero,

*) Éloge de la chevelure, discours inédit d'un auteur grec anonyme, etc. par E. Miller. Paris. 1840. Introduct., page 16 et 17.

exinde vita defuncto, communicavit emendationes, in usum meum nondum verti. Ecce jam locos, ubi hæc editio a priori recedit.

Nunc enim legitur lib. I, v. 3, Πριάμοιο πόληα pro Πριάμου πολίεθρον. v. 38, ἀρίζηλη pro ἀρίζηλος. v. 98, Τῆς δ' — ἐπάκουσεν pro Τῆς δ' — ἐσαύκουσεν. v. 99, τοῖα φίλῳ pro τοῖον ἐφ'. v. 101, ἔσται pro ἐστίν. v. 142, ἀργυρέησιν pro ἀργυρέσιν. v. 184, αἰπὺ pro ἡψ'. v. 250, δουροτόμοι pro δρυοτόμοι. v. 290, καὶ pro γε. v. 308, ἀργαλέοι pro ἀργαλέον. v. 313, Τρώων τ' Ἀργείων, inserta particula τε. v. 336, θηρὶ pro Κηρί. v. 337, βαρυστόμῳ, quod Pauwius jam coniecerat, pro βαθυστόμῳ. v. 339, ἰοδόκην pro ἰοδόκον. v. 341, μετ' e fratris mei conjectura, pro οἱ. v. 481, ἥτιον ἄλλοι pro ἥτιεν ἄλλος. v. 505, Ἀχομέδοντος *** antiqua lectio cum lacuna, pro λαὸν ἐλόντες. v. 527, ἐμπλήσωνται, e Rhodomanni conj. et cod. Monac. pro ἐμπλήσσονται. v. 545, Ἀρήϊοι pro Ἀρήϊον. v. 563, δ' ἄρα e conj. mea pro μέγα. v. 583, ἔτλης, antiqua lectio, pro ἔρης. v. 591, ἀμφιγάνωσιν pro ἀμφιγέωνται. v. 611, ἐπεσσύμενος pro ἐπεσσυμένη. v. 675, ὑπὸ φρένης pro ἀάπλετον. v. 677, ἀγαχτυπέοντι, Hermannii conj. pro ἐπιχτυπέοντι. v. 715, εἰ Διὸς — παρὲς pro εἰδῶς δ' — πατρός. v. 739, νίκης pro νίκη. v. 766, ἄτρομος pro ἀλκιμος. v. 805, ποτὶ pro περί. v. 815, ἐπ' pro ἐτ'. Lib. II, v. 1, ὑπὲρ ἡχθέντων pro ὑπερηχθέντων. v. 49, μηδὲ pro μήτε. v. 80, μαρναμένῳ, antiqua lectio, pro παρφαμένῳ. v. 82-83, αὔσαι Κεῖνος· pro αὔσαι· Κεῖνος —. v. 181, καὶ pro ἐς initio versus. v. 283, ἡλιθάτοιο pro εὐρυθάτοιο. v. 300, μεμαῶτες pro μεμαῶτ' ἐτ'. v. 348, χεῖμα· — δὲ pro χεῖμα, — τε. v. 400, κατέναντα pro κατέναντι. v. 407, σάκεος στουφελίξεν pro σάκος ἐστουφελίξεν. v. 420, καὶ — ἀλεείνω pro κατὰ — ἀλεγίζω. v. 536, τεθνεῶτας — ἄσος pro τεθνεώτας — ἄλση. v. 577, ἀναιρόμενοι pro ἀναγειρόμενοι. v. 616, ἐκ pro ἧ, deleta commate in fine versus, ex Hermannii conjectura. v. 618, καὶ pro κεν. v. 627, φέρων, Spitzneri conj. pro φέρειν. v. 665, ἄρα Πηλιάδες et v. 666, ὦϊξε, antiqua lectio, pro ἄρ' Ἠλιάδες et ἦϊξε. Lib. III, v. 41, εἰσέτι — κῆρας pro ὡς σ' ἐτι — χεῖρας. (Non recepi σ', quod Kœchlyus ante ἐπὶ inserere vult.) v. 54, αἰὲ pro ἄμα. v. 65, ὑπὲρ pro ὑπέκ. v. 81, οἰζυρῶς pro οἰζυροῖς. v. 94, Ἀχαιοῖσιν, τοὶ δ' αὖ δίχῃ pro Ἀχαιοῖς, ἡδὲ διάνδιχα, quam tamen conjecturam ut multi faciam, tantum abest ut cum Kœchlyo fere consentiam, qui in epist. critica de hoc loco disputans, verum excidisse suspicatur, quamvis διὰ δ' ἀνδιχα ex uno Hesiodi loco Quinto sine dubitatione tribui, librique XII versu 162 satis probari nequeat deos Trojanorum Graecorumque pugnam observantes duplicem tantum sententiam

prodidisse, neque fuisse qui neutris faverent. v. 147, ἔλκος pro ἔγχος. v. 159-160, γαίης Ἐκπνεύων, antiqua lectio, pro βαῖον Ἀμπνεύων. v. 169, αἰνὸν τίσειτ', Gerhardi (lectt. Apollon. p. 186) conj., pro τίσειτ' ἄρ' αἰνόν. v. 184, καὶ ὡς pro οἱ, ὡς. v. 209-210, ἐρύκει, Τόνδ' — εἰρύσαντες, antiqua lectio, pro ἐρύκει· Τὸν δ' — εἰρύσωμεν (operarum errore τόν δ' separatim impressum est). v. 267, ἐνεστρωφᾷτο pro ἐπεστρωφᾷτο. v. 295, κῆρ pro δῆτ'. v. 336, δ' ἄρ' pro γάρ. v. 343, ἀσχαλώων κῆρ pro ἀσχαλώωντι. v. 367, ἐσέχοντο πόληα pro ἐπέχοντο πόληος. v. 386, εὖ τε pro ἔστε. v. 417, τις, Hermannii emendatio pro τοι. v. 443, ἀφιστάμενος pro ἐπεσσυμένῳ. v. 452, αὐτῇ δ' σὺν φήμῃ (ita enim legenda, quæ operarum incuria deformavit), Hermannii emendatio pro αὐτῇ κεν φήμῃ. v. 454, ὄσσα, ejusdem conj. pro αἶσα. v. 475, ἀλγεινῆσι pro ἐννεσίησι. v. 534, ῥά τε pro ἄρα. v. 692, βάλλοντο θυώδεα pro βάλλοντ' εὐώδεα. v. 735, ἀθρόον ἐγγρίσασαι pro ἀθρόα ταρχύσασαι. v. 783, τὰ δέ pro τὰ τε. Lib. IV, v. 6, σχεδὸν, antiqua lectio, pro πέδον. v. 27, ἔναντα κιών pro ἔναντ' ἐλθών. v. 99, σέθεν pro σευ. v. 146, δς e Rhodomanni conj. pro ὡς. v. 151, δ' interpositum post ὡς. v. 245, καταχέυεται pro κατεχέυατο. v. 421, ἀγλαίης· δὴ pro ἄγροον ἦδη, deleta commate in fine præcedentis versus. v. 488, ἰδμονι παμμαχίης, εὖ εἰδότες, Hermannii emendatio pro ἰδμονι, παμμαχίης εὖ εἰδότε. v. 534, δ' ἄρ' pro γάρ. v. 558, ἱμάσθλην, e Pauwii emend. pro ἱμάσθλη. Lib. V, v. 1, δὴ ῥ' ἄλλοι pro δὴ πολλοί. v. 15, τῶν, antiqua lectio, pro τῷ. v. 27, μίγδην οἷς pro μίγδα οἷς. v. 52, πάντῃ pro πάντες. v. 126, καὶ νῦν καὶ, antiqua lectio, et τεύχε', pro καὶ νῦν οἱ et τεύχη. v. 344, ἐγγύθι, mutata commatis sede, ex Herm. emendatione pro ἐνθούθι. v. 354, ὄγ', Spitzneri conj. pro ἄρ'. v. 422, ἦκαχε, antiqua lectio, pro ἦκαφε. v. 446, ἐλδομένοισι pro ἐλπομένοισι. v. 555, ὑπ' et v. 556, παῖσι, e Glaswaldi conj. pro ἐν et πᾶσι. v. 585, ἄλλον pro ἄλλων. v. 643, ἡ οἷος pro ἡδ' οἷον. v. 649, πολύκμητον pro πολυκμήτου. Lib. VI, v. 150, ὡς pro ὡς. v. 151, ἦλθον δ' et ἐνθα δ' pro ἦλθον et ἐνθάδ'. v. 161, λαοὶ pro Δαναοί. v. 176, οἷσιν — ἐπὶ pro ἦσιν — ἐνί. v. 223, ἀλεγινῶν pro ἀλεγινόν. v. 258, ἄλλοθεν, antiqua lectio, pro ἄλλοθις. v. 276, περὶ δμηθέντες pro περιδμηθέντες. v. 326, ἐκχόμεναι pro ἐσσύμεναι. v. 469, ἀντίθεος pro ἀντίθεον. v. 485, τετραμμένη pro τεταμμένη. v. 529, δ τι σθένε pro δ τ' ἐσθένε. v. 580, Ἐγέμμονα θηριόωντα, antiqua lectio, pro ἐλὼν ἀνά θηϊοτῆτα. v. 650, αὐτῶν pro αὐτοῦ. Lib. VII, v. 68, ὄρφανήν pro ὄρφανίης. v. 71, θεῶν, antiqua lectio, pro θεῆς. v. 72, Μοίρη γ' pro Μοίρης. v. 74, δ' insertum post τοῖς. v. 77, πνοιῇ ὁμῶς, Spitzneri emen-

datio pro πνοῆς ὥς. v. 79, ἀλὰς, e Lobeckii emendatione pro σχολιός. v. 81, ἔχνος pro εἶδος. v. 85, οὔτι pro οὔτοι. v. 196, θνητοῖς τεύχεα pro θνητῶν τεύχεσι. v. 224, προπάροιθε τανύσσαι, quod jam olim proposui pro παρατεκτῆνασθαι. v. 237, ἀπεσσύμενον pro ἐπεσσύμενον. v. 248, ἐπέκλασε, antiqua lectio, pro ἐπέτμαγε. v. 333, χήρην, Rhodmanni emendatio, pro χήρη. v. 363, αἰεὶ pro αἰέν. v. 364, καὶ pro οἱ. v. 384, θαλάμοισιν pro θαλάμησιν. v. 534-535, Νεοπτόλεμου φοβέοντο Πᾶν — pro Νεοπτόλεμον φοβέοντο Πᾶν —. v. 557, Οὐλύμποιο θυωδέος pro Οὐλύμπου εὐωδέος. v. 571, διεγρομένη — αὐτμῇ, antiqua lectio, pro διεγρόμενον — αὐτμῆς. v. 583, κόρος πολέμου pro μενεπτολέμου, durius enim videtur, κάματος e versu 581 ad verbum ἀμφεγεν (584) referre, revocata v. 584 δῖον, antiqua lectione, pro δαίος. v. 623, ἐνδοθι pro ἀγχόθι. v. 712, χήρην pro χῆρσι. Lib. VIII, v. 1, περικίδνατο γαῖαν pro περικίδνεται αἶαν. v. 89, ὑπεκκινετο pro ὑπόκεινον. v. 157, ἀκρόνυχτοι, Spitzneri emend. pro ἄκρον ὕδωρ. v. 300, κατέπιπνε pro γε κατέττα. v. 400, δὲ γὰρ οἱ — θυμός, ex Hermannii emendatione pro αἰεὶ γὰρ — θυμῷ. Lib. X, v. 392, αὐτῷ τοι pro οἱ αὐτῷ. v. 431, τῶς, antiqua lectio pro αἰών. v. 459, νεκρὸν πέρι κοι-

χύεσκον pro μόρον περικωχύεσκον. Lib. XI, v. 41, ἐπὶ pro περί. v. 379, θρόος, Lobeckii emendatio, pro βρόμος. v. 495, καὶ, antiqua lectio, pro σύν. Lib. XII, v. 195, ἀκαμάτησιν pro ἀκαμάτοισιν. v. 197, ἄλλοθεν ἄλλαι pro ἄλλοτε δ' ἄλλαι. v. 236, μίμνεν pro μίμνειν. v. 521, ἐπὶ pro ἐπί. Lib. XIII, v. 54, ἄλλοθεν ἄλλοι, antiqua lectio pro ἄλλος ἐπ' ἄλλω. v. 132-133, Τρῶες ὥς δ' ὑπὸ, antiqua lectio, pro Τρῶες, ὥς ὑπό. v. 139, μένοντες, item, pro ἔδοντες. v. 268, φόνον αἰνὸν (quæ vocabula a typhothetis inepte transposita esse video), Hermannii emendatio, pro φίλου ἔνδον. v. 362, μέλας pro μέγας. Lib. XIV, v. 72, ἀναπνείων pro ἀποπνείων. v. 113, καὶ εἶδες pro διαιδέος. v. 131, δὲ interpositum post ὥς. v. 178, συνέχοντο, antiqua lectio pro συνέχυντο. — Præterea tam in Quinto quam in reliquis auctoribus, qui hoc volumine continentur, satis multa correxi operarum errata; nova quædam, quæ, quamvis pauca sint, irrepsisse ægre fero, hac in præfatione prætereundo indicavi.

Parisiis, Non. April. a. MDCCCXIV.

F. S. LEHRS.

ΗΣΙΟΔΟΥ
ΕΠΗ
ΚΑΙ ΕΠΩΝ ΛΕΙΨΑΝΑ.

HESIODI
CARMINA ET FRAGMENTA.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

HESIODI THEOGONIA.

Μουσάων Ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ' αἰεῖδεν,
αἴθ' Ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρος μέγα τε ζαθέον τε,
καί τε περὶ κρήνην ἰοειδέα πόσσ' ἀπαλοῖσιν
δρχεῦνται καὶ βυμὸν ἔρισθενέος Κρονίωνος·
καί τε λουσάμεναι τέρενα γρόα Περμησσοῖο,
ἢ Ἴππου κρήνης, ἢ Ὀλμειοῦ ζαθέοιο,
ἀκροτάτῳ Ἑλικῶνι χοροὺς ἐνεποιήσαντο,
καλοὺς, ἱμερόεντας· ἐπεβρώσαντο δὲ ποσσίν.
Ἐνθεν ἀπορνύμεναι, κεκαλυμμέναι ἡέρι πολλῇ,
ἐννύχιαι στείχον περικαλλέα ὄσσαν ἰεῖσαι,
ὕμνεῦσαι Δία τ' αἰγίοχον καὶ πότνιν Ἥρην,
Ἀργεῖην, χρυσεόισι πεδύλοισι ἐμβεβαυῖαν,
κούρην τ' αἰγίοχοιο Διὸς γλαυκῶπιν Ἀθήνην,
Φοῖβόν τ' Ἀπόλλωνα καὶ Ἀρτεμιν ἰσχύειραν,
ἡδὲ Ποσειδάῳ γαίηοχον, ἐννοσίγαιον,
καὶ Θέμιν αἰδοίην, ἑλικοβλέφαρόν τ' Ἀφροδίτην,
Ἥβην τε χρυσοστέφανον καλὴν τε Διώνην,
[Ἥῳ τ' Ἥλιόν τε μέγαν, λαμπράν τε Σελήνην,]
Λητώ τ' Ἰάπετόν τε ἰδὲ Κρόνον ἀγκυλομήτην,
Γαίαν τε Ὠκεανόν τε μέγαν, καὶ Νύκτα μέλαιναν,
ἄλλων τ' ἀθανάτων ἱερὸν γένος αἰὲν ἑόντων·
αἶψά νύ ποθ' Ἥσιοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδὴν,
ἄρνας ποιμαίνονθ' Ἑλικῶνος ὑπο ζαθέοιο.
Τόνδε δὲ με πρῶτιστα θεαὶ πρὸς μῦθον εἶπαν,
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγίοχοιο·
Ποιμένες ἄγραυλοι, κῆκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον,
ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα,
ἴδμεν δ', εὖτ' ἐθέλωμεν, ἀληθέα μυθήσασθαι.
Ὡς ἔφασαν κοῦραι μεγάλου Διὸς ἀρτιέπειαι·
καὶ μοι σκῆπτρον ἔδον δάφνης ἐριθηλέος ὄζον
δρέψασθαι θηητόν· ἐνέπνευσαν δὲ μοι αὐδὴν
θεῖην, ὥς κλείοιμι τὰ τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.
Καί με κέλονθ' ὕμνεῖν μακάρων γένος αἰὲν ἑόντων,
σπᾶς δ' αὐτάς πρῶτόν τε καὶ ὕστατον αἰὲν αἰεῖδεν.
ἀλλὰ τί μοι ταῦτα περὶ δρῶν ἢ περὶ πέτρην;
Τύνη, Μουσάων ἀρχώμεθα, ταὶ Διὶ πατρὶ
ὕμνεῦσαι τέρπουσι μέγαν νόον ἐντὸς Ὀλύμπου,
εἰρεῦσαι τὰ τ' ἐόντα τὰ τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα,
φωνῇ δημεῦσαι τῶν δ' ἀκάματος βέει αὐδῇ
ἐκ στομάτων ἡδεῖα· γελᾷ δὲ τε δώματα πατρὸς
Ζητὸς ἐγὶρδοῦ ποιο θεᾶν ὅπλι λειριοέσση
σκιδναμένη· ἡγεῖ δὲ κάρη νιφρόεντος Ὀλύμπου,
δώματά τ' ἀθανάτων. Αἶ δ' ἄμβροτον ὄσσαν ἰεῖσαι
θεῶν γένος αἰδοίων πρῶτον κλείουσιν ἀοιδῇ
ἐξ ἀρχῆς, οὗς Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρύς ἐτικτεν,

A Musis Heliconiadibus incipiamus canere,
quæ Heliconis habitant montem magnumque divinumque,
atque circa fontem nigrum pedibus teneris
saltant, et aram præpotentis Saturnii,
atque ablutæ tenerum corpus aqua Permessi,
aut Hippocrenes, aut Olmii sacri,
summo in-Helicone choreas ducebant
pulchras, amabiles; tripudiabant vero pedibus:
Inde concitatae, velatae aere multo,
noctu incedebant, perpulchram vocem emittentes,
celebrantes Jovemque ægida-tenentem et venerandam Juno-
nem] argivam, aureis calceamentis incedentem:
filiamque ægida-tenentis Jovis, cæruleis-oculis Minervam,
Phœbumque Apollinem et Dianam sagittis-gaudentem;
atque Neptunum terram-continentem, terram-moventem,
et Themis venerandam, et patris-oculis Venerem,
Hebenque aurea-corona, formosamque Dionen,
[Auroramque, Solemque magnum, splendidamque Lunam,]
Latonamque, Japetumque et Saturnum versipellem,
Terramque, Oceanumque vastum et Noctem atram,
aliorumque immortalium sacrum genus semper existentium:
quæ olim Hesiodum pulchrum docuerunt carmen,
agnos pascentem Helicone sub divino.
Hoc autem me primum Dæe sermone compellarunt,
Musæ Olympiades, filiæ Jovis ægida-tenentis:
Pastores agrestes, mala probra, ventres solum,
scimus falsa multa dicere veris similia:
scimus autem, quando voluerimus, vera loqui.
Sic dixerunt filiæ Jovis magni veridicæ,
et mihi sceptrum dederunt, lauri perviridis ramum,
ut-decerperem, mirandum. Inspirarunt autem mihi vocem
divinam, ut canerem futuraque præteritaque.
Et me jubebant celebrare beatorum genus sempiternorum,
se vero ipsas primo et postremo semper canere.
Sed quo mihi hæc circa quercum aut circa petram?
O tu, a Musis ordiamur, quæ Jovi patri
canendo oblectant magnum animum in Olympo,
memorantes præsentiaque futuraque præteritaque,
voce concinentes. Earum vero indefessa fluit vox
ab ore suavis. Ridet autem domus patris
Jovis valde-tonantis, Dearum voce liliacea
dispersa. Resonat vero vertex nivosi Olympi,
domusque immortalium. Hæc vero immortalem vocem emil-
lentes,] deorum genus venerandorum primo celebrant canti-
lena] ab exordio, quos Tellus et Cælum latum genuerunt,

οἳ τ' ἐκ τῶν ἐγένοντο θεοί, ζωτῆρες ἐάων.
 Δεύτερον αὖτε Ζῆνα, θεῶν πατέρ' ἥδ' καὶ ἀνδρῶν,
 ἀρχόμεναί θ' ὑμεῦσι θεαὶ λήγουσι τ' αἰοδῆς,
 ὅσπον φέρτατός ἐστι θεῶν κράτει τε μέγιστος.
 50 Αὖτις δ' ἀνθρώπων τε γένος κρατερῶν τε γιγάντων
 ὑμεῦσαι τέρπουσι Διὸς νόον ἐντὸς Ὀλύμπου
 Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,
 τὰθ' ἐν Πιερίῃ Κρονίδῃ τέκε πατρὶ μιγεῖσα
 Μνημοσύνη, γουνοῖσιν Ἐλευθῆρος μεδέουσα,
 55 λησμοσύνην τε κακῶν ἄμπαυμά τε μερμηράων.
 Ἐννέα γάρ οἱ νύκτας ἐμίσητο μητίετα Ζεὺς
 νόσφιν ἀπ' ἀθανάτων ἱερὸν λέγος εἰσαναθαίνων·
 ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐνιαυτὸς ἔην, περὶ δ' ἔτραπον ὄραι,
 60 ἡ δ' ἔτεκ' ἑννέα κόρας ὁμόφρονας, ἥσιν αἰοδῆ
 μέμβλεται, ἐν στήθεσιν ἀκηδέα θυμὸν ἐχούσαις,
 [τυτθὸν ἀπ' ἀκροτάτης κορυφῆς νιφόεντος Ὀλύμπου,
 ἐνθα σφιν λιπαροὶ τε χοροὶ καὶ δώματα καλά.
 παρ' δ' αὐτῆς Χάριτες τε καὶ Ἱμερὸς οἶκί' ἔχουσιν,]
 65 ἐν θαλίῃς ἐρατὴν δὲ διὰ στόματ' ὅσπαν εἶσαι
 μέλπονται πάντων τε νόμους καὶ ἥθεα κεδνὰ
 ἀθανάτων κλείουσαι, ἐπήρατον ὅσπαν εἶσαι.
 Αἶ τότ' ἴσαν πρὸς Ὀλυμπον ἀγαλλόμεναι ὅπῃ καλῇ,
 ἀμβροσίῃ μολπῇ· περὶ δ' ἔαχε γαῖα μέλαινα
 70 ὑμεῦσαις, ἐρατὸς δὲ ποδῶν ὑπο δοῦπος ὀρώρει,
 νισσομένων πατέρ' εἰς θν' ὃ δ' οὐρανῷ ἐμβασιλεύει,
 αὐτὸς ἔχων βροντὴν ἥδ' αἰθαλόεντα κεραυνὸν,
 κάρτει νικῆσας πατέρα Κρόνον. Εὖ δὲ ἕκαστα
 ἀθανάτοισι διέταξεν ὁμῶς καὶ ἐπέφραδε τιμὰς.
 75 Ταῦτ' ἄρα Μοῦσαι αἶδον Ὀλύμπια δώματ' ἔχου-
 ἑννέα θυγατέρες μεγάλου Διὸς ἐκγεγαυῖαι, [σαι,
 Κλειώ τ' Εὐτέρπη τε, Θάλειά τε Μελπομένη τε,
 Τερψιχόρη τ' Ἐρατώ τε, Πολύμνιά τ' Οὐρανὴ τε,
